Georgius de Homonna
10/11 1619

+

Illustrissime Domine, ac Reverendissime Praesul
Domine mihi obseruandissime

Ex binis litteris Ill: D. Vrae ad me datis, quanto me affectu complectatur, quanta
sollicitudine fluctuanti ac laboranti religioni Catholicae succurrere studeat.
utroque nomine mirifice me in sui amorem atque obseruantiam Illma D. Vra
rapuit, sic nimirum, ut intelligam me Illmae D. Vrae obstrictissimum et obser-
uantissimum esse debere. Proinde operam dabo, ut ita tantis meritis
respondeam, ut et Illmae D. Vrae expectationi cumulate satisfaciam, et
alii cognoscant Illmam D. Vram apud gratum hominem beneficia sua posuisse.
Cuiusque rei initium faciam in colendo, obseruandoque Magco Dno Adamo Lipski,
Illmae D. Vrae fratre carissimo, quem et Illmae D. Vrae causa, et suo merito
fratris loco habiturum me spondeo, atque ita omni studio officioque prosecu-
turum, ut et sua, et vra Illma D. Vra gratum me sibi extitisse intel-
ligere possint. Interim rogo, ut hanc tam insignem erga me voluntatem
ac paternam caritatem, ita constantem Illma D. Vra esse velit, ut eius bene-
ficio vitus, feliciori progressu ac euentu rem tanti momenti et aggrediar
et conficiam. Seruet Deus Illmam ac Rmam D. Vram reipub. Chrianae
bono diu saluam et incolumem. Ex arce Lasky 10. die Novembr. 1619.

Illmae
Dnis Vrae

Stvi addictmus

Comes Georgius Drugeth
de Homonna mp

310

INSTYTUT BADAŃ

Rndiſsmio Praesuli ac Illuſtriſsimo Domino D.
Andreae Lipski, Episcopo Luceoriensi,
ac Regni Poloniae Vice Cancellario etc.
Domino mihi obſeruandiſsimo.

311

INSTYTUT BADAŃ